

civi, voluntarie per fustem tradidimus domum unam caducam et ruinosam ruinantem, sistentem in pictagio Sepulcri civitatis Baroli, et inter hos fines videlicet, a medio castro iuxta domum predicti domini Hugonis, a medio pariete iuxta domum Monasterii Sancti Stephani, a medio pariete iuxta domum heredum quondam Angeli speciarii, iuxta viam publicam et si qui alii sunt confines cum platea et stacionibus ante ipsam domum sistentibus ex parte orientis, quam quidem domum olim dedimus et tradidimus in ordine dotis, et dotis nomine Amerucio maczuce f. qd. Damiani maczuce de Trano nomine et pro parte Benevute filie nostre uxoris sue, ipsorum Amerucii et Benevute utilitatem in vendicione domus psius procurando. Ex cuius domus platee et stacionum vendicione a vobis personaliter et manualiter recepimus in carolensibus auri boni et iusti ponderis ana (*sic*) quatuor per unciam computatis Uncias quadraginta ponderis generalis totum pretium vendicionis *etc.* Induximus nos personaliter in possessionem *etc.* Guadium quoque vobis dedimus *etc.* excepto censu tarenii auri unius et granorum decem pro eadem domo curie debito annuatim *etc.* Obligavimus omnia bona nostra, et specialiter domum unam nostram sitam in pictagio Burgi civitatis Baroli iuxta domum domine Marie de castellis, a medio pariete iuxta domum Rogerii de Cifaro, a medio pariete et a medio castro iuxta domum Rogerii et leonis de cifaro heredum qd. Symeonis de cifaro et iuxta viam publicam *etc.* Contra que si fecerimus vobis pene nomine componamus auri Uncias quindecim et totidem parti Curie *etc.* et renunciemus consuetudini civitatis Baroli quae cavetur quod pena apposita in contractu nullum sortitur effectum *etc.* Quod scripsi ego predictus Iacobus publicus Baroli notarius et signo meo consueto signavi. Quod autem superius in nona linea ubi legitur et abrasum est utilitatem in vendicione, ego idem notarius abrasi et emendavi quia scribendo erravi. (*C'è il segno*).